

*15th Sunday after Pentecost – Luke 7: 11-16*

*IN illo témpore: Ibat Jesus in civitátem quæ  
vocátur Naïm: et ibant cum eo discípuli ejus et  
turba copiósá. Cum autem appropinquáret portæ  
civitátis, ecce defúctus efferebátur fílius únicus  
matris suæ: et hæc vídua erat: et turba civitátis  
multa cum illa.*

*Quam cum vidísset Dóminus, misericórdia motus  
super eam, dixit illi: Noli flere. Et accéssit et  
tétigit lóculum.*

*(Hi autem qui portabant steterunt.)*

*Et ait: Adolēscens, tibi dico, surge.*

*Et resēdit qui erat mōrtuus, et cœpit loqui.*

*Et dedit illum matri suæ.*

*Accēpit autem omnes timor: et magnificābant*

*Deum, dicētes: Quia prophēta magnus surrēxit in*

*nobis: et quia Deus visitāvit plebem suam.*